



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Clementis XII. ab Anno I. usque ad IV.

**Luxemburgi, 1740**

XXXV. Confirmatur Decretum Sacræ Congregationis Episcoporum &  
Regularium, Procuratori Provinciæ Sancti Saturnini Flatrum Minorum S.  
Francisci de Observantia concedens institutionem Collegii ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74733](#)

ac Magnum Magistrum, & Consilium, aliaque Tribunalia quæcumque Hospitalis prædicti, judicari & diffiniri debere; ac irritum & inane, si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

**S. 4.** Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis; nec non dictorum Hospitalis Linguarum, & Prioratum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, stabilitatis, usibus, & naturis, ac ordinationibus Capitularibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis illorum tenores præsentibus pro plene & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præsentum auctoritate Apostolica tenore præsentum approbamus & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus; salva tamen semper in præmissis auctoritate memorata Congregationis Cardinalium.

**S. 5.** Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere & fore, suosque plenarios & integros effectus fortiri, & obtinere; ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandcumque spectabit, in omnibus & per omnia plenissime suffragari; siveque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam Caucarum Palatii Apostolici Auditores, judicari & diffiniri debere; ac irritum & inane, quidquid fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

**S. 6.** Non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis; necnon, quartenus opus sit, Provinciae & Ordinis prædictorum, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 18. Maii 1731. Pontificatus Nostri Anno Primo.

F. Card. Oliverius.

## XXXV.

Confirmatur Decretum Sac. Congregationis Episcoporum & Regularium, Procuratori Provinciae Sancti Saturnini Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia, concedens Institutum Collegii Missionariorum ejusdem Ordinis in Conventu Sanctæ Luciæ Oppidi Sancti Gavini Ussellen. Dieceesis.

## C L E M E N S P A P A X I I .

*Ad futuram rei memoriam.*

Dat. die 21.  
Maii 1731.  
Pontif. An. I.

Per Provin-  
cialia hujus-  
ce Provincie  
expofitulata  
Collegij in-  
stitutionis  
confirmatio-

Supplex Li-  
bellus S. Con-  
gregat Episcopis  
& Regulæ re-  
missus.

Congrega-  
tionis Deere-  
tum.

**N**uper pro parte dilecti filii Bonaventura Miribili, Ministri Provincialis Provinciae Sancti Saturnini in Sardinia Ordinis Fratrum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, Nobis exposito, quod ipse ex unanimitate Diffinitorii ejusdem Provinciae consensu, Conventum Sanctæ Luciæ Oppidi Sancti Gavini Ussellen. Dieceesis signandum decreverat, ut juxta indulta Apostolica, & normam a fe. re. Innocentio Papa XI. prædeceffore Nostro præscriptam, Collegium Missionariorum Fratrum dictæ Provinciae inibi institueretur, magnum inde sperans animarum fructum & emolumentum; ideoque tam suo, quam commissæ sibi Provincia nomine Nobis supplicato, ut Collegium hujusmodi institutionem permittere, ac desuper beneplacitum Nostrum concedere de benignitate Apostolica dignaremur; Nos supplicem libellum, Nobis super præmissis porrectum, infra scriptæ Congregationi Cardinalium remissimus; ipsa vero Congregatio Decretum edidit tenoris, qui sequitur, videlicet: Sacra Congregatio Eminentissimorum & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium, negotiis & consultatiōnibus Episcoporum & Regularium præposita, ad quam Sanctissimus Dominus Noster supplices preces benigne remisit, attenta relatione Procuratoris Generalis, ac re undique mature discussa, referente Eminentissimo Cardinali Belluga Ponente, benigne decrevit pro gratia, servatis tamen dispositis in Brevibus Ven. Innocentii XI. super fundatione Collegiorum Missionum, & fa. me. Benedicti XIII. incipien. *Nuper pro parte* &c. die 6. Septembbris 1728., & Decreto ipsius Sacra Congregationis diec 24. Januarii 1727. Roma die 6. Aprilis 1731. I. A. Card. Davia. A. Archiepiscopus Petren. Secretarius. Loco  $\ddagger$  sigilli.

**S. 1.** Cum autem, sicut dictus Bonaventura ipsius Congregationis ob justas & graves ratio-

nes  
Minister Provincialis Nobis deuo exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi pro firmiori illius subfistentia Apostolica confirmationis Nostre patrocinio communiri plurimum defderet, Nos ipsum Bonaventuram Ministrum Provincialem specialibus favoribus & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latet, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præsentum auctoritate Apostolica tenore præsentum approbamus & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus; salva tamen semper in præmissis auctoritate memorata Congregationis Cardinalium.

**S. 2.** Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere & fore, suosque plenarios & integros effectus fortiri, & obtinere; ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandcumque spectabit, in omnibus & per omnia plenissime suffragari; siveque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam Caucarum Palatii Apostolici Auditores, judicari & diffiniri debere; ac irritum & inane, quidquid fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

**S. 3.** Non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis; necnon, quartenus opus sit, Provinciae & Ordinis prædictorum, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 21. Maii 1731. Pontificatus Nostri Anno Primo.

F. Card. Oliverius.

Confirmatur Decretum Capituli Generalis Congregationis Italæ & Germaniæ Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, Excalceatorum nuncupatorum super separatione & dismembratione decem Conventuum a Provincia Romana, illorumque erectione in novam Provinciam Ferrariae & Piceni nuncupandam, cum omnibus privilegiis &c. ac creatione novi officii Secretarii Diffinitorii, & Capituli Generalis.

## C L E M E N S P A P A X I I .

*Ad futuram rei memoriam.*

XXXVI.

Dat. die 21.  
Maii 1731.  
Pontif. I.

**E**xponi Nobis nuper fecit dilectus moderanus Procurator Generalis Congregationis Italæ & Germaniæ Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Augustini, Discalceatorum nuncupatorum, quod in proximo præterito Capitulo Generali in hac alma Urbe Nostra sub præsidencia dilecti filii Nostri Iosephi Renati S. R. E. Presbyteri Cardinalis Imperiali nuncupati, dicti Ordinis apud Nos & Sedem Apostolicam Protectoris, celebrato, a Diffinitorio Generali

nes